



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 9. Vicecomes unacum mandatis circa Synodum Romam a Legatis missus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. se videatur certum, de jure Divino
A.C. 1562. fidentiam esse.

Feria tertia, ac quarta seu vigesima
 secunda & tertia ejusdem Mensis ad-
 huc alii habebantur Patrum confessus,
 quibus finitis nulla ob Nativitatis Do-
 minicæ festivitatem amplius celebrata
 est congregatio usque ad vigesimam
 octavam diem Mensis Decembris.

§. IX.

*Vicecomes unacum mandatis circa Sy-
 nodum Romam a Legatis missus.*

Pallav. l. 19. Die vigesima sexta Decembris biduo
c. 9. num. 1. ante conventum vigesima octava
Lit. Legat. celebrandum, seu forte eadem die, qua
ad Berr. hic confessus habebatur, Tridentino dis-
28. Decemb. scesserat Vicecomes, cui injunctum, ut
Mem. lett. circa septimum Canonem discordiæ ori-
de Lansac a ginem exponeret, simulque significaret,
l'Isle 28. quod antequam hic Canon Patri-
Decembr. bus proponeretur, Seripandus recita-
pag. 361. set verba illa, *de jure Divino*, agitata
 & discussa jam vivente Crescentio Le-
 gato: insuper idem commemorare jubebatur
 turbas, & contentiones habitas ab Hispanis,
 necnon Testimonium, quod de rebus sub eodem
 Crescentio decretis tulisset Aiala, qui tamen de
 falsitate convictus postea fuisset a Mantuano
 per tabulas legitimas: præterea Vicecomiti præcipiebatur, ut exponeret,

ret, quicquid præterea contigisset ante, *Sæcul. XVI*
 & post Lotharingii Cardinalis adven- *A. C. 1562.*
 tum.

§. X,

*Lotharingius Cardinalis a Legatis in
 literis ad Papam datis com-
 mendatus.*

Alterum caput, quod Vicecomes sum- *Pallav. l.c.*
 mo Pontifici proponere jubebatur, *num. 4.*
 concernebat relationem eorum, quæ
 Lotharingius hucusque gessisset: ita-
 que Legati in sua epistola Vicecomiti
 tradita hæc narrabant: „haud adeo per-
 timefcendus fuisset adventus Lotha-
 ringii Cardinalis, utpote qui locutus
 semper fuit cum plena erga Pontificem,
 Sedemque Apostolicam reverentia:
 in duabus pariter quæstionibus, quæ
 plurimum sollicitudinis ac curæ affere-
 bant, fuerunt illius sententiæ admo-
 dum limitatæ, & moderatæ: præter-
 ea ipse consensit, ut forma a se pro-
 posita vestræ Sanctitati communicare-
 tur, pollicitus, si ea in aliquam difficul-
 tatem offenderet, navaturum se ope-
 ram apud suos, ut eidem satisfaceret:
 si ergo exitus initio respondeat, longe
 minorem molestiam ipse inferet, quam
 quæ inflictæ fuerat non solum ab Hi-
 spanis, sed a nonnullis etiam præfer-
 vidi ingenii Italis: insuper externe
 polli-